

intercessisset, & vitam ei donari petijset. Clamo-
res autem Tezely impudentissimi fuerunt hi:

1. Crucem ligneam & rubeam, Pontificis
insignibus ornatam (quam scilicet ostendebat om-
nibus Tecelius) tam esse efficacem, quam est crux
ipsius Christi.
2. Plures animas, Indulgentiarum prædi-
catione, liberari, quam Petrus cum toto suo Euana-
gelio, liberauerit.
3. Indulgentiarum gratiam, eam ipsam esse
gratiam, qua homo cum Deo reconcilietur, & non
esse aliam.
4. Non necesse esse, dolere, conteri, & paue-
re ob peccata admissa, & penitentiam agere, mo-
do Pontificis indulgentiæ literis consignata eman-
tur.
5. Quo momento sonum edat nummus con-
iectus in ararium Indulgentiarum, eo ipso ani-
mam ex purgatorio liberatam in cælum assumi.
6. Si quis etiam in ipsam Diuam Virgi-
nem Mariam matrem Domini deliquerisset, aut ei
vitium intulisset, aut alia peccata in futurum per-
petraturus sit, se ei certa absolutione succurrere
posse, si numeret modo, quantum deceat.

Nihil hic fingimus, sed vera commemo-
ratus, quæ audierunt multa millia, ex quibus su-
persunt nonnulli in viuis, & quæ etiam publicis
scriptis